

Sanctis

sancto ad inuisibilia mente tendere. Spes est certa expectatio future beatitudinis ex meritis et gratia pueniens. Nota etiam quod dyabolus habet currum in quo ad eternam damnationem ducit peccatores. Currus autem iste habet quatuor rotas peccatis contrariis. Prima rota est feda dilectio. Secunda est vna dissolutio. Tercia est mentis obtenebratio. Quarta est stulta spes aut desperatio. Contra feda dilectionem et luxuriam dicit Proverbia. 5. Fili mi ne intenderis fallacie mulieris et luxurie. Fauus enim distillans labia meretricis et immunde dilectionis et nitidus oleo guttur eius. Nouissima autem illi amara quasi absinthium et acutam quasi gladius biceps. Luxuria enim corpus et animam mittit in gehennam. Contra vanam dissolutionem dicit Ecclesiasticus. 2. De dissolutis corde qui non credunt deo vixit quod de omni tempore per dissolutionem inutiliter amissio redditur sint ratione coram ipso et ideo non protegentur ab eo. Contra mentis obtenebrationem dicit Iesaias. 44. Obliuisti sunt ne videant oculi eorum et ne intelligant corde suo non recognoscunt in mente sua neque recognoscunt neque sentiunt. Nota quod quidam sunt ita excecati quod nec vident oculis anime passionem domini amarissimam nec intelligunt in corde suo patientiam eius clementissimam nec recognoscunt in mente sua distentionem iudicii eius seuerissimam neque cognoscunt afflictionem gehenne acerbissimam neque sentiunt iocunditatem regni dei suavissimam. Nec autem specialiter per ceteris essent videnda. Contra falsam spem dicit Ecclesiasticus. 5. Non adicias peccatum super peccatum et dicas miseratio dei magna est multitudinis peccatorum meorum miserebitur. In peccatores enim respicit ira illius. Contra desperationem dicit Proverbia. 18. Impius cum in profundum venerit peccatorum accipit hoc sequitur eum ignominia et obprobrium. De predicto curru dyabolus dicit Exodus. 15. Currus pharaonis et exercitum eius proiecit in mare. Pharaon interpretatur dissipans virum et signat dyabolum qui mittit viros religiosos dissipare cuius currum et exercitum eius equitate in eo dominus proiecit in mare et amaritudinem sempiternam. Consultum ergo nobis est ut tempestive exiliamur ab hoc curru. **S**ecundo quod sumus errabundi necesse habeamus ut vera nobis via demonstraretur. Et certe hoc facit nobis pia virgo maria. Ex ea quippe natus est qui dicit Iohannes. 14. Ego sum via veritas et vita. Unde et ipsa optime concordans cum verbis filii dicit in Ecclesiastico. ca. 24. In me omnis gratia vite et veritatis in me omnis spes vite et virtutis. q. d. ego in meo utero illum portavi a quo habet gratia vite et veritatis et a quo habet spes vite eterne. Et nota quod via maxime a quocumque omnemodum habilis existit videlicet quod sit facilis siue plena. quod sit recta. quod sit lucida. quod sit munda. quod sit pacifica. Et certe via quam demonstrat maria paradisi rosa facilis est siue plana. Unde ipsa dicit Proverbia. 4. Via